

Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurget ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

Caput XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

CAPUT XIV.

*An & in quibus sit Pœnitenti tam contra se
quam pro se credendum?*

CUjusmodi opus sit quantique moliminiis vera ac debita Peccatoris conversio præcipue pravis affectibus nonnihil inveterati, ex iis quæ hucusque dicta sunt, quantum pro suscepto scopo satis est, arbitror patere. Venio nunc ad ea quæ circa Confessariorum praxim movet Appendix; atque imprimis num. 269. vult Confessarium teneri credere Pœnitenti non solùm contra se, sed & pro se loquenti, nisi contrarium moraliter certò constet: ex quo concludit quod sicuti ei creditur dicenti quod ceciderit, sic ei credendum quoque sit, quod resurrexerit, seu quod verè doleat, & proponat se emendare.

Axioma istud: pœnitenti in pœnitentiali foro pro se & contra se esse credendum à S. Thoma, aliisque communiter esse assertum; quod ut legitimo sensu accipiamus:

§. I.

*Discrimen inter Forum Pænitentiae & alia Tri-
bunalia.*

Distinguendum est Pænitentiæ forū ab aliis exterioris politiæ tribunalibus. Huc enim invitus reus adducitur, ut condemnetur; illuc sponte se ficit, ut liberetur: Hic ut condemnetur, criminis convinci debet; illic ut liberetur, à crimine suo conversus probari: Hic reo prodest; illic obest delicti occultatio: Hic satis est malefacti notitia quomodocumque manifestati; illic necesse est ipse peccator sui sit accusator & peccatorum proditor. Ac propterea in his externi fori tribunalibus rei pro se nulla reputatur auctoritas, nec illi crimen neganti aut aliter in sui favorem loquenti creditur, sed modo quo potest veritas inquiritur: in isto verò Pænitentiæ foro ab ipso peccatore veritas petitur, & si aliud nihil persuadet, sincerus ac verax creditur, sive pro se sive contra se dicat.

Fit quidem subinde nonnullos hīc Confessarium fallere, qui cum pudore aut aliâ non sufficienti causâ quoddam è gravioribus peccatis scienter subticeant,

aut

aut ea quæ confitentur adhuc statuant repetere; tamen ut absolvantur, debitè pænitere ac integrè confiteri se simulant. Propter quod hæc Confessario necessaria cautio est, ut dum aliquod hujus se prodit indicium, penitus pænitentis dispositionem examinet. Est tamen rariùs hic dolum subesse, ac pænitentes fallaciter se tegere, sed sinceriter eos sua aperire contingit ut in pluribus.

§. II.

Nec omnium Pænitentium, & præcipue non in omnibus rebus, eorum est æqualis auctoritas.

Verum tametsi suspecta non sit pænitentium sinceritas, tamen ut ipsis credatur, non omnium, nec in omnibus æqualis est eorum auctoritas. Quædam magis, quædam minus cognoscere & dijudicare sufficiunt; in nonnullis alicuius momenti non est eorum judicium. In his ergo quæ cognoscere, & dijudicare sufficiunt, ut sunt multa peccata, maximè opere completa, ac variæ corum circumstantiæ, dum eos leviter nihil ostendit processisse, rectè ipsis & pro se & contra se creditur: in quibus vero minus

L 2 suffi-

sufficiunt, minùs quoque ipsis in hujusmodi credi debet, sed magis etiam ad alia quæ concurrunt oportet attendere. Dum verò quædam discernere & dijudicare vix aut nullo modo sufficiunt, à prudentia alienum est in istiusmodi multùm eorum judicio deferre.

§. III.

Non in omnibus credendum est Pœnitentibus, dum contra se loquuntur, ac proinde non mirum quod dum pro se loquuntur, non semper illis sit credendum.

IMpertinens est an pro se, an contra se dicant: nam contra se dicunt multi scrupulosi, dum in plurimis se accusant, & cogitationibus blasphemiae, judicii temerarii, vindictæ, luxuriæ, &c. consensum se præbuisse existimant, eò quod malam suggestionem sensisse, judicent consensisse; item ad susceptionem Sacramenti nunquam se satis putant dispositos. In his tamen & similibus non credit ipsis prudens Confessarius, quin potius singularis attentis, ac cognito eorum statu ac vivendi modo plerumque contrarium judicium format, cui ipsorum quoquè potius est, quam proprio credere, quod ista

an-

anxietate commoti inepti sint, qui de se
 & sibi agendis judicent. Sic è converso
 non omnibus credendum est, qui se pœ-
 nitere, atque à peccatis debitè dicunt
 conversos; sed prudenter ex aliis ponde-
 randum est, quantum eorum hâc de re
 judicio deferre oporteat. Cùm enim teste
 Apostolo, *animalis homo non percipiat ea quæ*^{1. Corinth.}
sunt spiritus Dei, qui adhuc animales vi-^{c. 2. v. 14.}
 vunt (vivunt autem, ut notat Augusti-^{L. 1. de}
 nus, etiam nunc revelatâ novi Testamen-^{Bapt. c. 15.}
 ti gratiâ adhuc plerique) valdè inepti sunt,
 ut interiorem conscientiæ suæ statum se-
 cundùm Dei legem exactè dijudicent.
 Cui accedit privatus amor quo sibi qui-
 que blanditur & mala sua extenuat. Ha-
 enim, ut verè Gregorius, *vehementer claudit om. 4. in*
oculum cordis, & facit quod idem alibi di-^{Ezech.}
 cit: *ut sæpe sibi de se mens ipsa mentiatur &*
fingat se de bono opere amare, quod non amat,
de mundi autem gloria non amare quod amat.
 Hic ergò quò adhuc in homine major
 est, ac minùs Dei charitati subiectus,
 eò facilius eum facit in sua de se existi-
 matione falli, ut se à peccatis recessisse
 judicet, à quibus non recessit, & debitè
 se ad Deum conversum, à quo adhuc
 pro potiori parte manet aversus.

Experiētiā constat plurimūm nocere Pænitentiābūs, quōd Confessarii erga illos sint nimis creduli.

Propter quod non solum multiplici errori obnoxium est, sed & saluti eorum valdè contrarium, ut se dolere, atque à peccatis debitè se dicunt conversos, ilicò & cæco annutu ipsis Confessarios assentire. Hinc enim dum nonnulli hodiè accuratiūs eos examinant, ac penitiūs ipsorum penetrant conscientias, capitales in eis sæpenumerò deprehendunt defectus, ac multis priorum temporum Confessiones, dum ipsis sic facile creditum fuit, fuisse invalidas; ac per hoc, dum se dilectos Dei filios, ejusque hæredes putabant, mansisse filios iræ, suæque damnationi obnoxios.

Non paucos reperiunt Mysteriorum Fidei omnino rudes, nescientes à Deo iustificari impiūm per gratiam ipsius, per Redemptionem quæ est in CHRISTO-JESU, cùm tamen teste Apostolo, CHRISTUS nobis propositus sit Propitiatio per fidem in Sanguine ipsius. Nam quōd latam quandam fidem in plerisque faciliūs reperibilem,

Rom. 3. v.
25.

ribilem nonnulli hodiè in casu velint sufficere, ut summum id est ambiguum, cui imprudenter pœnitentium salus committitur. Hic enim neminem juvabit quæcunque probabilitas, si non ei suffragetur & veritas. Deinde cum perfectior Fides procul dubio omnibus in præcepto sit; rarum est ejus defectum alicui inter Christianos non esse culpabilem.

Sunt etiam ejus, quâ ad justificacionem & debitam Sacramenti susceptiōnem opus est, præparationis ignari. Hinc vel nullam adferunt, vel satis putant si peccare desinant, aut de cætero melius vitam instituere proponant, seu jam instituant; ac præterita delicta, licet nullâ eorum contritione commoti, confiteantur. Hæc quidem non ad nostra tempora pertinere, putat Appendix: putarunt id & plures alii, sed quorundam inductu hujus periculum facientes ordinariorum quoquè suorum pœnitentium (nec sæculari dignitate fulgentes excipio) ignorantiam obstupuerunt. Haec in hac sua Diœcesi tot eruditis ac zelotis animarum Directoribus confertâ, à se compertam dixit & deploravit nuper Illusterrimus Mechliniensis Andreas Creuſen. Necesse proinde non est, remotio-
D. d. an.
1666.

res partes commemotare, in quibus Mi-
nister aut Instructor communiter & ra-
rior est, & imperitior, & quod dolen-
dum est, sæpè muneri suo minùs inten-
tus.

Adde nunc multos conscientiæ suæ
incurios, qui licet novæ vitæ proposito
conjungendum sciant veteris odium &
detestationem, ac propterea curandum
sibi delicta sua reminiscendo sigillatim
cognoscere; tamen quia animæ rebus
minùs addicti sunt, levem, hoc est, mi-
norem quam oportet curam, aut insuf-
ficientem displicantiam quæ, uti è su-
perioribus patet, mortiferum peccati af-
fectum adhuc sæpè compatitur, facile
judicant sufficere. Item quia sæpè exte-
rioribus occupati interiora minùs atten-
dunt, licet pœnitere se dicant; tamen
examinati dignoscuntur internas cupidi-
tates & maximè complacentias, quibus
aliorum peccata approbant, non à se de-
ponere; cum tamen juxta Apostolum
Rom. i. v. digni sint morte, non solum qui ea faciunt, sed
32. etiam qui consentiunt facientibus. Maximè
verò multos falli facile est circa mo-
tivum sui doloris quo eos pœnitent pec-
caste, non Dei, sed sui solummodo causâ,
nempè dum ipsis in suis peccatis non dis-
plicet

plicet Dei offensa sed malum, quod eis
jam supervenit aut superventurum for-
midant. Talis, hoc est illegitima fuit
Antiochi pœnitentia : *Dolebat enim*, ait
S. Thomas, *de culpa præterita, non propter* ^{3. p. q. 86.}
Dei offensam, sed propter infirmitatem corpora- ^{a. 1. ad 1.}
lem quam patiebatur. Sic pœnituit & Saül,
videlicet ut notat S. Fulgentius, ex timore L. 2. de pecc.
supplicii, non ex horrore peccati, non odivit quod rem. c. 15.
fecerat, sed timuit quod nollebat.

Has ergò aut similes ob causas fre-
quens est multos pœnitentium qui se de-
bitè conversos & pœnitere aut putant aut
dicunt, à vera pœnitentia adhuc mul-
tùm deficere : ac per hoc Confessarii est
non cæco assensu eis annuere, sed quan-
tùm cujusque assertioni hâc in re tri-
buendum sit ex aliis considerare & ex
singulis quæ concurrunt ejus dispositio-
nem dijudicare. Hoc ab eo Sacramenti
exigit religio, hoc postulat ipsorum pœ-
nitentium salus. Sacramenti namque exi-
git religio, ut sollicitè caveat, nè *San-* ^{Matth. 7.}
ctum det canibus, & Sacmentum admi- ^{v. 6.}
nistret indignis, non solum uteos arceat,
(ut vult Appendix) *quos moraliter cer-*
tò novit indispositos, sed eos tantùm ad-
mittat, nisi aliud jubeat justa necessitas,
quos prudenter judicat ritè dispositos.

Soler

L. i. de spi- Solerter igitur, ut dicam cum B. Lauren-
 rit. inter. tio Justiniano, *Sacramentorum cælestium
 anime.* dispensator invigilet, ut illum tantummodo sol-
 vat, quem introrsus per compunctionem, sive
 compunctionis indicium, vivificatum à Deo esse
 deprehenderit. Postulat id quoquè ipsorum
 pœnitentium salus. Huic enim valdè ob-
 est sic ipsis facilè credi. Multi enim verè
 & ut oportet converti, orando & laboran-
 do satagerent, sed nunc errore decepti,
 dum se falsò conversos putant, hanc solli-
 citudinem deponunt, ac per hoc nec con-
 vertuntur, nec salutem adipiscuntur.
 Comprobat hoc multorum hodiè expe-
 rientia. Nam plurimi pœnitentium suo-
 rum assertione non contenti, dum peni-
 tiūs eorum statum inquirunt, generaliter
 verum reperiunt, quod de iis qui opificiis
 & publicis exercitationibus incumbunt,

Instruct. dicebat S. Carolus : *Si Confessarius posuerit
 Past. p. 2. majorem industriam in iis examinandis, non du-
 lebit, quin plures deprehendet, qui nunquam
 ut oportuit Sacramento Pœnitentia peccata sus-
 expiarint.*

Quapropter ea Confessario necessaria
 est eruditio, ut Pœnitentium suorum in-
 teriora prudenter & discernere valeat &
 dijudicare: quamque eò oportet esse
 majorem, quò ad id minus ipsi pœni-
 tentes

entes sufficiunt. Vnde & resurgens à mortuis
 Dominus, ait D. Gregorius, & post ipsum
 B. Laurentius Justinianus, priùs in Disci- Lib. 3. c. 5.
 pulorum faciem insufflavit, & poste a dimittendi in l. 1. reg.
 retinendique peccata auctoritatem tribuit: ut pro l. 1. de spir.
 sectò monstraret, quia qui illam mentis specula-
 tionem non habet, judex animarum esse non de-
 bet. Propter quod Sacramenti hujus dis-
 pensatorem S. Bernardus inter alia vole- Serm. 3. v.
S. Andreas
 bat esse literatum: ut sciat quid injungat,
 cui parcat, quando parcere debeat. Ejus nam-
 que ignorantia, ait S. Thomas, periculo-
 sissima est in confessionibus audiendis. Unde
 Augustinus in lib. de p&enit. Opusc. 34.
 peccata sua ut inveniat gratiam, querat Sacerdo- cont. impug.
relig. c. 4.
 tem scientem ligare & solvere, ne cum negligens concl. 5.
 circa se extiterit, negligatur ab illo qui eum
 misericorditer monet & petit, ne ambo in foveam
 cadant quam stultus evitare noluerit.

Verum Confessario incumbere non
 cæco annutu p&enitentibus credere, sed
 juxta prudentiæ regulas eorum disposi-
 tionem dijudicare, nemo forsitan rationa-
 biliter inficiabitur. Tamen dicet quis-
 piam eis assentiendum, dum debitâ cir-
 cumspécione adhibitâ moraliter certò
 deprehendi nequeunt indispositi. Hoc
 fortè est quod solum prætendit Appen-
 dix, dum poenitenti vult à confessario
 credi

credi non solum contra se , sed etiam pro
se loquenti , nisi contrarium moraliter
certò constet.

Hoc si sentit, non parum concedit. Sa-
tis id est ut redargui possint ii , qui com-
muniter omnes confessionali sed accen-
dentes , & se dolere afferentes , sine alia
discussione , supponunt legitimè disposi-
tos. Si enim , uti id ministerii eorum ex-
igit ratio , altius non nihil multorum con-
scientias perpetrarent , non paucos de-
prehenderent , quemadmodum depre-
hendunt alii , moraliter certò indispositos.

Sed nec sic ei consentiendum. Quid si
enim cunctis consideratis dispositionem
pænitentis Confessarius judicet dubiam,
& utrumque contradictorium , quâ dis-
positus & indispositus afferitur , sit huic
æquè verisimile ? neutrum moraliter cer-
tò constat. In hoc casu prudenter non
credet pænitenti , hoc est , propter ejus af-
fitionem judicabit eum ritè dispositum.
Jam enim unam partem judicando veram
determinat. Hoc verò imprudenter facit,
nisi sufficienti nixus fundamento ; istud
verò hīc illi deest. Alia enim ut ponitur,
hīc fundamenta non sunt , nisi quæ hinc
inde utrumquè contradictorium æquali-
ter , aut quod idem est , ferè æqualiter
illi

illi faciunt ambiguū; quo uincum unum certò falsum sit, & alterum certò verum, sine fundamento unum determinatè verum judicat. Cum æquè illi verisimile sit illud esse falsum. Quod de ambiguo dixi, dicendum est & de probabili, in casu enim posito quantumcumquè utraque contradictorii pars sit probabilis, tamē unius determinatæ nec satis constat veritas, nec etiam satis constat falsitas, ac per hoc imprudenter una determinatè vera judicatur.

§. V.

Discrimen inter forum pœnitentia & alia tribunalia.

Notanda nunc est hujus fori ab aliis tribunalibus differentia. In his, ut dictum est, sistitur quispiam ut criminis reus condemnetur; ac per hoc reus probari debet, ut damnationis sententia justè in eum feratur: deficiente vero probatione licet se innocentem convictibus argumentis non probet, liber dimittitur. Ad istud vero pœnitentiæ forum accedit peccator ut à peccato conversus ejus vinculo solvatur, ac per hoc conversus probari debet ut solvatur seu absolutionis sententia in eum proferatur.

De-

Deficiente verò hac probatione, licet contrarium, hoc est, ejus non conversio moraliter certò non constet, nisi aliud cogat necessitas, non est solvendus.

Ex quo patet nullius momenti esse quod objicitur ex S. Thoma dicente 2.2, q. 60. a. 4. *Vbi non apparent manifesta indica de malitia alicujus, debemus eum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium est.* Hoc enim ad privatum cuiuscumque judicium pertinet, quo quisquè estimandus est probus nisi probetur improbus. Ac per hoc improbitas probari debet, quæ in dubio non probatur ut possit non-probus haberi: hinc verò conversus probari debet ut absolutione judicetur dignus.

§. V I,

Licet aliquando ad cautelam in dubio pejorem partem supponere,

DEINDE ad cautelam licet in dubio pejorem partem supponere: & sic ait ibidem ad 3. idem S. Doctor: *Cum debemus aliquibus malis adhibere remedium sive nostris sive alienis, expedit ad hoc ut securius remedium apponatur, quod supponatur id quod est deterius: quia remedium quod est efficax contra magius malum, multò magis est efficax contra mi-*

nus

nus malum. Maximè autem id expedit in
hujus Sacramenti administratione. Du-
biam enim confitentium resipiscentiam
veram reputare, iis qui non resipuerunt
valde est damnosum: non veram suppo-
nere omnibus prodest. Prodest non con-
versis, ut converti satagant, prodest &
conversis ut dum dignis pœnitentiæ fru-
ctibus certam suam vocationem facere
student, perfectius convertantur.

Quàm id autem pœnitentium saluti con-
ducat, probat multiplex fructus, qui hodie
à plurimis hâc ratione percipitur. Multi
enim sunt qui cum plures annos, puta de-
cem aut viginti, gravibus criminibus ob-
noxii vixerant, & assiduè confitendo nec
parum fuerant emendati, hâc viâ pauca-
rum hebdomadarum spatio veraciter se
correctos mirantur, lœtantur, & maxi-
mas Conductoribus suis agunt gratias.
Hoc erat quod propter quosdam nimium
faciles pœnitentium receptores dicebat
gloriosus Martyr Cyprianus: *Cum scri-
ptum sit, inquit, qui vos felices dicunt, in erro-
rem vos mittunt, & semitas pedum vestrorum
turbant: qui peccantem blandimentis adulantibus
palpat, peccandi fomitem subministrat: nec com-
primit delicta ille, sed nutrit. At qui consi-
liis fortioribus redarguit simul atque instruit fra-*

L. de lapsis.

1103

trem, promovet ad salutem. Quos diligo, inquit Dominus, redarguo & castigo. Sic oportet & Dei Sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere. Imperitus est medicus qui tumentes vulnerum sinus manus parcente contrectat, & in altis receſtibus viscerum virus inclusum dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est & secandum, & puternibus amputatis medelâ fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet, & conqueratur aeger impatiens per dolorem, gratias aget postmodum cum senserit sanitatem. Id hodie impleri videntur & gaudemus.

CAPUT XV.

Virum in administratione Sacramenti Pænitentiae, etiam seclusâ necessitate, liceat uti materiâ dubiâ, aut solùm probabili?

DIxi superiori capite, in dubio, pænitenti dum se conversum dicit, prudenter non posse credi, & per consequens nisi aliud suadeat necessitas, neque absolutionem impendi: quod Theologi confirmant, dum communiter illicitum docent in Sacramentorum administrationem citra necessitate-